

1778.

1311. d. 8 Febr.

Skara.

SUNE DANSSON och PETER JONSSON intyga, att de till ömsesidigt nöje uppgjort delningen af den lösa och fasta egendom, de ägt gemensamt med Cicilia Johansdotter.

Saml. afskr. i Riks-Arch. Sign. J. 6. fol. 28.

Vniuersis presens Scriptum cernentibus, SVNO DAANSON et PETRUS JONSSUN, Salutem in Domino sempiternam. Tenore presentis constare volumus vniuersis, quod nos de bonis omnibus, mobilibus et immobilibus, que vna cum Domina Cecilia Johans dotter possedimus, que inter nos essem(!) fecimus divisionem prout vniuscuiusque nostrum proprie voluntatis libitum requirebat. In cuius Testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Skaris. Anno Dominj M. CCC. XI. sextus (!) idus Februarij.

Af Sigillen har, enligt teckningen, N:o 1 varit oskadadt.

1779.

1311. d. 10 Febr.

Frigeråker.

Biskop BRYNOLF i Skara vidimerar Arnfrid Johansdotters inför houom och flera andra förnyade testamente till Gudhems kloster.

Orig. på perg. i Kongl. Bibl.

Omnibus presens scriptum cernentibus,, B. dei gracia scarensis Episcopus,, salutem in domino sempiternam., Notum facimus vniuersis, nos vidisse testamentum anfridis johannis filie de ialum jn hunc modum,, Jn nomine patris &c. *Se föreg. N:o 1599. till supradictis.* Quo facto. dicta anfridis. Anno dominj .M°.CCC°.XI°. Die beate scolastice virginis. presentibus, dominis. b. preposito scarensi. petro de hosaby canonico nostro. haquino de frigiær aker, et iohanne de aklungj. ac discretis laicis, haraldo bryniulphson. thorstano andresson. et petro sigarsson. coram nobis in frigiæraker personaliter constituta, ad maiorem confirmationem dicte donacionis, dictam curiam jn hagbardæthorp cum bonis mobilibus et immobilibus dicto monasterio jn guðem ex nouo contulit, vsu-fructu sicut prius, sibi ad dies suos reseruato,, Jn cuius rei euidenciam, sigillum nostrum et sigilla predictorum minorum . b. prepositi, et .p. canonici scarensis ac haraldj bryniulphson presentibus sunt appensa. Datum. Anno. loco. et die supradictis.

*På frånsidan:* Habardhatorp gæsene.

Sigillen: N:o 1, 2 bortfallna, remsorna qvar; 3, 4 skadade.